

SPECIMEN HISTORICUM

DE

VETERE CARELIA

ANTE OCCUPATIONEM SVECANAM;

QUOD

CONS. AMPL. FAC. PHILOS. ABOËNS.

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIUNT

AUCTOR

*GABRIEL REIN,**Historiarum Docens & Aman. ad Bibl. Acad. E. O.*

&

RESPONDENS

*CAROLUS FREDERICUS TICCANDER,**Stipendiarius Publ.**Tavastensis.*


Sectionis primæ

P. IV.

In Auditorio Juridico die 51 Maji 1826.

h. a. m. c.

ABOÆ, Ex Officina Typographica FRENCKELLIANA.



§. VIII.

Quænam apud majores nostros olim culta sunt numina in vetustis carminibus, sic dictis Runis 1), reperiuntur commemorata, quibus igitur ducibus usi sunt Mythologiae nostræ scriptores 2). Cultum huncce deorum, ut pote e communi fonte ortum ab initio in toto populo eundem fuisse credas, licet deinde ubi silvis & lacubus disjunctæ vixerunt nostri, singulæ stirpes in quibusdam rebus alia ab altera discesserint, unde AGRICOLA, in carmine suo supra laudato 3), Tavastis alias quam Careliis adscribit deos, quique apud utramque gentem colebantur, seorsim enumerat. Num vero omnino recte instituta sit ejusmodi distinctio, & quibusnam fontibus eadem innitatur, plane nos latet, neque enim carmina runica, qualia nobis supersunt, eidem ansam præbent, & de nonnullis diis, ut jam observavit Rev. LENQUIST 4), etiam nostra adhuc ætate intelligi potest, eos minus recte adscriptos esse uni stirpi, qui dii fuerunt communes tam Careliorum quam Tavastorum. Cum tamen divisio hæc. ce Mythologiae Fennicæ ab AGRICOLA proposita nullis hucusque argumentis est refutata, eandem nos quoque sequemur. Ad religionem autem Careliorum paganicam plene exponendam, tota Fennorum Mythologia examini subjicienda & systematico ordine tractanda esset, quod vero incepsum pagellarum præsentium ambitum longe supercederet, quare in diis Carelicis breviter tantum enumerandis subsistendum duximus. Afferuntur a scriptoribus in diis agrestibus Nongoteus utpote fecalis, Pelslonpeffo hordei, Virankannos avenæ culturam protegens, quos tamen omnes e deorum doctrina Slavonica ad nostri transiisse suspicatur Cel. MONE 5), & licet nulla ejusdem nominis apud antiquos Slavos occurrant numina, appellations Nongoteus & Virankannos barbara sunt Fennorum auribus, neque facile ex eorum lingua origi-

nem duxisse poslunt. Mellannoffo vel papa, si modo e
 propria vocabuli notione colligere licuerit, potius agri-
 culturæ patronum in universum, quam certi cujusdam
 trumenti generis fautoreni significas e videtur, sicuti deus
 Kondöös agris in universum & præsertim silvestribus (huh-
 tat) præfuit. Eges 6) olera, pila 7) scilicet, fabas, ra-
 pas, cramben, linum & cannabin crescenda curavit.
 Refri vel Röyri rei pecuariæ deus erat tutelatis, in cuius
 honorem autumnali tempore, finitis laboribus æstivalibus
 celebrabatur convivium 8), quod tempore Catholicæ re-
 ligionis prævalentis paullatim in unum coalusle videtur
 cum festo omnium Sanctorum, unde nunc quoque dies
 hicce Christianis solemnis a quibusdam Röyrin vel Ref-
 rin-päivä appellatur. Haud improbabiliter præterea suspi-
 catur Rev. LENCQUIST, deum huncce non minus agrorum
 cultui, quam rei pecuariæ fuisse præpositum, comisatio-
 nesque hasce autumnales ob felicem in primis annonæ
 proventum fuisse celebratas 9). Hiisi, deus silvaticus,
 equi creator 10), venationi præfuit; malignus tamen &
 terribilis erat, quare hodie nomen ejus adhibetur ad si-
 gnificantum malum genium in universum. Sunt regio-
 nes, quæ vel utpote domicilia ejus, vel cultu ejusdem
 sacratae, ab eo appellationem duxerunt, eamque hucusque
 retinuerunt: sic e. c. in Carelia, in præfectura Wiburgensi,
 parœcia reperitur Hiitola, & in parœcia Jæskis mons,
 Hiiden wuori dictus 11). Cum vero in cæteris quoque
 Fenniæ partibus loca occurrunt ab hocce deo appellata 12),
 sententia AGRICOLÆ, qua cultus ejusdem solis Careliis tri-
 buitur, heic quoque refelli videtur. Ei subdita credebatur
 ingens caterva dæmonum maxime terribilium, Hiiden
 wäki plerumque dicta. Myrkis, pinetorum incola, sciuris,
 Hittawanin vel Hittawainen leporibus, Weden Emä, aqua-
 rum mater, piscibus captandis favit. Deo UCCONI (Uffo)
 ob eximiam potentiam, senectutem & sapientiam maxi-
 ma

ma tribuebatur veneratio; festum ejus celebrabatur tempore vernæ sationis peragendæ, unde agriculturæ patrum eum fuisse colligas; similiter pecoris & silvarum apparet tutor 13), & tandem in alto aëre nubes & tempestates ejus paruerunt nutui, tonitrua fulguraque ab eo excitabantur 14). In pluribus suis negotiis mirabiliter convenit cum diis Tavastorum Wåinämöinen 15) & Tapio, quibus quoque, (æque ac antiquissimo Fennorum numini Kawe & mulcibri Jämarinen), cognomen Uffo, senex, saepissime tribuitur, unde appellationem Uffo nonnisi epitheton primo fuisse crediderim, a Mythologiæ scriptoribus tamen male explicata paullatim nominis proprii accepisse vim. Præterea in tota Finlandia tonitru appellatur Uffonen vel uffosen jyrindā, quod itidem probare videtur, deum huncce, utpote tempestatis moderatorem ab omnibus majoribus nostris fuisse celebratum. Num autem vir quidam, Uffo cognominatus, auctor fuerit Fennicæ gentis, & deinde post mortem divino honore ornatus, uti quibusdam placuit scriptoribus 16), in dubio relinquimus, quia quæstio est omnibus historicis jam destituta documentis. Uxor ejus appellatur Rauni, & ob ætatem proiectam eidem etiam tribuitur epitheton Alfa. — Præterea alios cum cæteris Fennis communes deos a Careliis quoque cultos fuisse, verisimillimum nobis videtur. Sic e. c. Turri-Turras vel Turrisas, deus bellicus, Tavastis tribuitur ab AGRICOLA, nihilominus tamen in Parœcia Rakkis, prope Wiburgum sita, mons Tyrian wuori ejus dicitur domicilium, ubi tympano late sonanti bella imminentia nuntiare solitus erat 17); quod notitiam Dei hujusce in Careliam quoque prolatam fuisse, probare videtur 18). Pro more aliarum gentium sol 19) quoque, luna & variæ stellæ 20) divino prosequebantur honore; & denique certos montes, lacus & lucos cultos fuisse, Mythologiæ Fennicæ urgent scriptores, quod tamen ita expli-

explicandum esse putamus, maiores nostros in certis mon-
tibus, in ripis lacuum & fluviorum, in lucis & delubris,
sub arboribus magnitudine & antiquitate spectabilibus cæ-
remonias suas in honorem deorum peregisse, unde etiam
loca talia simili prosequebantur veneratione, & tam per-
tinaciter hisce institit erroribus plebs superstitionis, ut ad-
huc circa annum 1656 in parœcia Kuopioënsi multi re-
perirentur frutices arboresque sacræ, quos excidendos cu-
ravunt religionis Christianæ nuntii 21). Inveniuntur quo-
que in Carelia, sicuti in cætera Fennia, loca cognomine
pyhä indicantia, eademi olim sacris hisce ritibus peragen-
dis fuisse destinata, qualia e. c. sunt parœcia Pyhäjärvi,
Præfecturæ Wiburgensis, & lacus ejusdem nominis inter
parœcias Riides & Kesälax, item Pyhävesi, lacus & ca-
taracta in Mäntyharju. — Templorum in Carelia haud
magis quam apud alios Fennos reperta sunt vestigia, ve-
rum quod non solum de majoribus nostris, sed de toto
populo Fennico contendi posse videtur, sub dio religio-
nibus suis satisfecerunt 22) Quales autem in cultu eo-
rum divino cæremoniæ in usu fuerint, nullo monumen-
to historico illustratur; conjicias tamen precibus & sacri-
ficiis apud nostrates quoque, statis anni temporibus, nu-
mina fuisse venerata. Licet namque lingua Fennica ad
nostra usque tempora nullum servaverit vocabulum, quod
proprie *sacrificium* significet, sententia a Cel. PORTHAN
prolata, vocabulum scilicet vero, *tributum*, proprie, ut
nunc quoque apud Lappones, de muneribus Diis tribu-
endis fuisse adhibitum, verisimillima nobis videtur 23).
Ut enim taceam, quam naturæ humanæ innatum videtur
donis porrectis proprios sibi reddere rerum moderato-
res, unde vix aliquis repertus est populus ejusdem mo-
ris expers, de Lapponibus & Estonibus, proximis nostris
Fennicæ originis finitimi, sacrificiorum usus historicis te-
statur documentis 24); & tum quoque agnus ille willas-
muona,

wuona, festo Sti. Olavi in quibusdam Careliæ locis nunc quoque mactari solitus 25), æque ac primitia panis cocti & libamina lactis, cerevisiorum &c. dæmonibus subterraneis oblata 26), hujus rei consuetudinem aquid majores nostros probare videntur. Ubi vero verbotim explicare auderemus bullam Pontificis Gregorii IX, anno 1237 Laterani datam, ne mos quidem horrendus homines sacrificandi majoribus nostris erat ignotus. Tavasti scilicet, aliique "inimici crucis prope positi" (sine dubio Carelii) arguuntur, "parvulos, quibus in baptismo Christi lumen illuxit, violenter de hac luce subtraffos, interemisse, quos-dam adutlos, extractis ab eis primo visceribus, dæmonibus immolasse, et alios usque ad amisionem spiritus arborem circuire compulisse" 27). Deficientibus tamen aliis ultrius hanc rem probantibus monumentis, Cel. PORTHAN indicium hocce bullæ papalis in dubium vocavit, suspicans scilicet nostrates accusationem hancce nonnisi interpretationi debere Svecorum, qui dæmonibus eos omnes immolatos fuisse putabant, quos Fenni ulciscendi tantum cupidine & iræ acerbitate percici, more barbarico, solenniter trucidaverant; neque nos contrariam defendere audeamus sententiam, licet momentum illud quod sub arboribus quibusdam, probabiliter sacratis 28), cruciatibus afficerentur captivi, aliquid religiosi hac in re latuisse, prodere videatur, & mos homines sacrificandi apud Estones usitatus 29), eandem magis credibilem reddat. Consuetudo quoque valuit edulia variaque supellectilia in tumulis mortuorum condendi, quod documento nobis inservire videtur, non omnis de immortalitate cognitionis expertes fuisse nostros; præsertim viduæ lugentes, vel denuo matrimonium inituræ, manes, Mennins fäiset dictos, sacrificiis faventes sibi reddere studuerunt 30).

- 1) Præter Runas a Cel. SCHRÖTER cum versione Teutonica a. 1819 Upsaliæ editas, & Finnische Runen, finnisch und deutsch inscriptas, alia quoque nuper apud nos in lucem prodiit earum collectio, cui titulus: Suomen Kansan Vanhoja Runeja, ynnä myös Nykyisempia Lauluja. I—III Dsa. Koennut ja prænttiin antanuit J. Töpelius, Läänin Lääkäri ja Ritari. Turussa 1822—1826 8:vo. In præfationibus ad Partes II & III ratio redditur de regionibus ubi collecta sunt carmina hæc ce vetusta, qua luculentur appareat quantum jam perierunt ejusmodi egregia antiquitatis testimonia, quamque in Fennia jam rara evaserunt; in abditissimis minusque cultis namque patriæ partibus, in præfectura Uloënsi, imo extra Fenniam in septentrionalibus Russiæ partibus, præfaturis scilicet Olonezensi & Archangeliensi collectionem hancce Runarum XXXV conquirere coactus erat Experi-entissimus Ds. Editor, unde eo majores viro patriæ poëseos amantissimo debent gratias coævi, & olim debebunt posteri.
- 2) Opera Mythologiam Fennicam ex instituto tractantia, præter AGRICOLÆ carmen supra jam p. 2 laudatum & quæ a WEXIONIO in Epitome sua (cfr. supra p. 3) L. X. C. II afferuntur, hæc sunt: *Diss. de origine ac religione Fennorum* Præf. F. TÖRNER ed. G. ARCTOPOLITANUS. Ups. 1728; quam tamen minoris esse pretii testatur Cel. RÜHS, (Flid. och dess Inv. 1, s. 25) neque consulendi nobis fuit occasio. *Spec. Acad. de Superstitione veterum Fennorum theoretica & practica.* Præf. H. G. PORTHAN, Auch. C. E. LENCQUIST. P. I II Åboæ 1782 pgg. 79 4:o *Mythologia Fennica*, eller Förklaring öfver de Nomina propria Deastrorum, Idolorum, Locorum, Virorum &c. — af CHRIST-FRID GANANDER. Åbo 1789 Præf. & Dedicatione exceptis pgg. 112 4:o Versione Teutonica & sublato ordine alphabeticò Mythologia hæcce nuper denuo edita est in opere: Beiträge zur genauern Kenntniß der ehstnischen Sprache.

(Hera)

(Herausgeg. von J. C. Rosenblünter). XIV:tes Hest. Pernau 1822 8:o, ab erudito quodam Rigensi Dno. CHR. J. PERTERSON. Additamentis & adnotationibus, e Deorum cultu Estonico haustis, haud parum ad illustrandam quoque Mythologiam Fennicam contulisse Dominum Editorem, grati agnoscimus; dolemus tamen carmina runica, in Germanicum translata sermonem, haud raro linguae Fennicæ apud Eundem minorem prodere cognitionem, unde fit, ut versio passim omnino alium habeat sensum quam verba Fennica quæ erant interpretanda. Systematico quoque ordine nuper tractavit Mythologiam nostram Cel. MONS in opere jam laudato: *Gesch. des Heidenthum's im nördl. Europa.* Th. I, S. 43—66, ubi etsi ob fontium defectum non omnia explicentur, neque omnibus Cel. Authoris assertis adsentire possimus, multa tamen acute reperiuntur exposita.

- 3) Carmen hocce quoque typis excusum obvenit in *"Historia Ecclesiastica de Priscis Sveo-Gothicæ terræ colonis. Auctore PETRO BÅNG (Episc. tand. Wiburg) Aboæ 1675 4:o,* p. 206 sqq.
- 4) LENQVIST p. 6.
- 5) L. c. p. 55 not.
- 6) Vel potius *Eures*, quæ scilicet pronunciatio vernaculæ prior videtur: cfr. RENVALL Lex. Finn.
- 7) Nescimus quidem cuinam argumento innitus Cel. GADD contendere voluerit: *pīsa* non amplius centum & quinquaginta annis apud nos nota fuisse, Cfr. Rühs Fld. II, p. 13; nullo tamen pacto huic opinioni annuere possumus, cum eadem uno carmine hocce AGRICOLÆ, jam a 1557 emortui, refellatur.
- 8) GANANDER p. 37 sq.
- 9) LENQ. p. 32 & 60.

10) Schröters Finn. Runen, S. 6:
Hiiest on hepoßen synty.

Ex aliis animalibus crabro huicce deo erat sacratus qui
igitur appellatur Hiien lantu cfr. Wanhoja Runoja, II, 20.

11) Alia similia nomina locorum, quæ in vetere Carelia sunt
sita, reperiuntur in TUNELDS Geographie öfv. Kon. Sveri-
ge. 7:de Upl. Del III S. 385 & 523.

12) Cfr. LENCG. p. 28.

13) Ulkoseni lintuseni
Räyppä kaitan karjan maita.

GANAND. p. 97.

14) Schröter S. 16, v. 175 ff.

Ulkko kultanen kuningas!
Euoppa pilwi luotehasta,
Toinen lännästä lähetä,
Kolmanssi iästää iske,
Sylin yhtehen syseä,
Luomatusten loukahuta!
Saapa lunta, saapa wettä,
Saapa rautalista raetta.

15) Unde jam suo tempore PORTHAN; & nostro iterum ævo
Cel. MONE nomina hæcce Wainamöinen scilicet & Ulko unum
idemque numen significare putarunt. Cfr. LENCG. p. 25
Nota, Mone l. c. p. 54.

16) Cfr. Åbo Idng. f. 1772, f. 153.

17) LENCG. p. 38. GANAND. p. 63:

18) Neque tamen in Fennia solum, verum apud Estones quo-
que deus hicce cognomine Turris pro deo bellico colebatur.
Vid. PETERSON l. c. p. 62.

19) Afferuntur a Rev. LENQUIST, p. 15, versus, in quibus
Sol alloquitur, utpote sanitatis distributor, & piscaturæ
capturæque ferarum in universum promotor,